Ich will ſie in eine Wüſten führen und freundlich reden ꝛc.

Miſcui ego heic precibus lachrymarum ſæpius imbres
Sub cruce cum mea mens exagitata fuit.
At mecum ſemper mitiſſime Chriſte fuiſti
Et tua me texit ſub cruce dextra potens.
Suſcipe nunc etiam ſenio nutare ſubinde
Cœptantem: fida meque levato manu
Erige lapſantem, trepidum me robore firma,
Et tua per tutas me regat aura vias.
In mundo nihil eſt cui tuto fidere poſſim!
Tu mihi crede minus credo nec ipſe tibi
Ecce fidem mundi! qua nil fallacius unquam:
Hæc ſunt extremi nuncia judicii.
O JEſu infirmum ſerva! trepidante ſenectus
Me greſſu tardat: morsque propinqua mihi eſt.